


238 EVCLID. ELEM. GEOM.  
SCHOLIUM EX P. CLAVIO.

**E**X his, quæ hoc in loco & lib. 13 & lib. 14. demonstrata sunt, facile etiam ostenditur, si omnia quinque corpora regularia in vna eademque sphaera describantur, maximum omnium esse Dodecaedrum: Deinde Icosaedrum maius reliquis tribus: Tertio Cubum maiorem reliquis duobus: Octaedrum denique Tetraedro esse maius. Ex quo euidenter constabit, Euclidem recto ordine quinque hæc corpora cõstruxisse, cum post Tetraedrum statim Octaedrum non autem Cubum constituerit. Ita enim à minoribus ad maiora progressus est.

FINIS ELEMENTI XVI.  
& Vltimi.



Pagina 216. Theoremate 6. desunt hæc  
duæ Figuræ.